

miniculis delictum probatum esse arbitrio suo iudicandi, & Curia Seculari, ut prefertur, Reum tradendum esse pronuntiandi.

65 Una tamen femina, quantumvis honesta, non facit sufficientem probationem ad captivum, & torturam, etiamsi concurrant alia indicia, nam tunc est consulenda Sacra Congregatio. Sic expresse rescripsit eadem Sacra Suprema, & universalis Inquisitionis Congregatio Vicario Generali Salernitano die 17. Jul. 1627. ut refert Pignatell. tom. 1. consult. 104. post num. 14. circa medium, his verbis: Al molto Rever. Signore il Signor Vicario Generale di Salerno. Accioche più profondamente si proceda contro i sollicitanti in Confessione, questa Suprema Congregazione ordina, che per il detto d'una sola Donna non venga a costituire il preteso Reo senza prima darne qui avviso con relazione della qualità della Donna, e del Denonciante e del Denonciantio, e allora si scriverà a V. S. se debba, o no procedere a costituirlo, e carcerarlo. Sarà anche V. S. contenta di significare questo medesimo ordine a' Vescovi suoi Comprovinciali, accioche ancora da essi sia eseguito, e il Signor Iddio le conceda ogni bene. Di Roma ai 17. de Luglio del 1627. Il Cardinal Millino. Sic apud Pignatell. loc. cit. ubi insuper tradit instructionem pro muliere verecunda personaliter denuntiante recusante, & multa refert, & docet ad rem per totam dictam consultationem 104. merito legendam.

66 Circa sollicitationem attendenda est nunc novissima dispositio Benedicti XIV. felicis record. incip. Sacramentum Penitentiae: in qua confirmat, ampliatur, & extendit supra allatam constitutionem Gregorii XV. & reservat Papæ pro tempore absolutionem eorum, qui falso sacerdotem de sollicitatione accusant, aut procurant, ut ab aliis falso accusentur. (Vid. verb. Regulares in una ex add. hisp.)

n vel in actu, vel proferta

67 Solicitantes ad turpia occasione, Confessionis Sacramentalis, ultra alias penas perpetuas, etiam inhabilitatem ad celebrationem missæ incurrunt; ex decreto S. Universalis Inquisitionis de mandato Benedicti XIV. edito die 4. Aug. 1746. ut in ejus Bullario tom. 2. in append. num. 8. pag. 46. Alia vide verb. Confessarius art. 4. d. num. 12. ubi plura ad rem.

68 Sollicitatus nulla lege prohibetur, quominus ante denuntiationem sollicitantis illum occulte admoneat, ut sibi provideat, sponte se offerendo tribunali. Tenetur tamen, etsi admonitus compareat, & sit ex correptione emendatus, illum denuntiare, ut ex propositionibus ab Alexandro VII. damnatis eruitur. De synod. dioc. lib. 6. cap. 11. §. 9. & 10. nov. edit.

69 Præceptum denuntiandi Confessarios sollicitantes ad turpia, & penas aliæ huic sollicitationi indicæ non extenduntur ad alia crimina à re venera diversa. ibid. §. 14.

SOLUTIO.

SUMMARIUM.

- 1 Solutio proprie sumpta quid sit.
2 Ad solutionem tenetur quicumque est debitor, seu obligatus.
3 Debitor, qui solvendo amplius non est, si sit laicus debet cedere bonis, ac permittere, ut bona ejus subhastentur, ut ex eis creditores, servato juris ordine, percipiant quantum cuique eorum debetur, quantum aliquid adest.
4 Quis juris ordo servandus sit pro solvendis ipsis creditoribus, cum non sufficiant debitoris bona ad cuncta solvenda debita? remissive.
5 Quomodo per cessionem bonorum liberetur debitor ab onere solutionis faciendæ, & que de ipso in facti contingentiâ concludenda occurrant, remissive.
6 Si debitor, qui solvendo non est, sit Clericus, non tenetur cedere bonis, nec excommunicari, incarcerationi, aut aliter molestari potest.

7 Qui verum suarum liberam administrationem non habent, non possunt sine auctoritate Tutoris, aut respective Curatoris valide solvere.

8 Procurator tam specialis, quam universalis potest valide solvere pro debitore, cujus est Procurator.

9 Immo etiam quivis alius pro debitore, etiam invito, & ignorante, solvere, ac satisfacere, eumque à debito liberare potest.

10 Est tamen advertendum, quod solvens pro alio sciente, & volente habet contra illum actionem mandati; solvens autem pro alio ignorante habet contra illum actionem negotiorum gestorum: Solvens tamen pro alio expresse volente, & contradicente nullam habet actionem, vel jus ad repetendum ab eo quod pro ipso solvit.

11 Successor in beneficio ecclesiastico tenetur solvere debita facta ab antecessore pro vera utilitate, seu necessitate ecclesiæ, vel beneficii.

12 Immo successor in beneficio tenetur solvere debita contracta ab antecessore pro sua necessaria, honesta, ac decemti sustentatione.

13 Ut successor in beneficio teneatur solvere debita antecessoris, debet prius creditor probare, quod pro vera utilitate, seu necessitate ecclesiæ, aut saltem pro necessaria Prælati sustentatione fuerint contracta.

14 Sufficit tamen, quod creditor probet tunc temporis adfuisse verum casum utilitatis, vel necessitatis ecclesiæ, quamvis non probet in eam pecunias, vel aliam rem creditam fuisse conversam.

15 Nullatenus vero tenetur successor in beneficio solvere debita ab antecessore contracta alio titulo.

16 Solutio primum fieri debet ipsi creditori etiam invito, & si creditor accipere nolit solutionem, poterit debitor pecuniam debitam Magistratui consignare, si quo se, & à debito principali & ab usuris liberare.

17 Nequit vero fieri solutio creditoris, qui liberam rerum suarum administrationem non habet.

18 Potest tamen fieri solutio Tutori, aut Curatori ejusdem.

19 Item recte fit solutio creditoris Procuratori, tam generaliter, quam specialiter ad solutionem accipiendam deputato.

20 Si debitor penitus ignorante, seu nesciente, Procurator à creditore tali officio privetur, vel ei, ne solutionem accipiat, specialiter mandetur, adhuc debitor recte ei solvit, & liberatur à sua obligatione: secus autem si id sciat.

21 Item recte fit solutio servis, ac filiis familias, si ad accipiendam solutionem specialiter, vel generaliter sint deputati.

22 Item recte fit solutio creditori creditoris, nisi ab ipso creditore expressa ad id habeatur contradicentia.

23 In qua specie, & quo valore monetæ faciendæ sit solutio, remissive.

24 Debitor existente in culpabili mora solvendi, si interim contingat monetarum mutatio, ipse solus damnus sentire debet.

25 Quando in conventionem speciali certum tempus ad solvendum præfixum est, debet exacte à debitore observari: Et hoc etiamsi creditor non urgeat solutionem.

26 Unde si ex culpabili mora solvendi præfixo, & determinato tempore, creditor aliquid damnus patitur, est ei resarciendum à debitor culpabiliter moroso.

27 Si certum tempus determinatum sit in favorem debitoris, prout ordinarie fieri solet, potest debitor ante finitum tempus conventioni solvere, & creditor tenetur solutionem acceptare.

28 Si autem tempus determinatum sit in gratiam creditoris, debitor ante elapsum illud tempus solvere non potest: Nec creditor solutionem accipere tenetur.

29 Si vero nullum tempus pro solutione sit determinatum, potest debitor eam differre, donec creditor eam petat.

30 Limitatur tamen primum conclusio in casu, quo solutio sit debita ex delicto.

31 Et si creditor ex tali culpabili mora aliquid damnus patiatur, est ei à tali debitor resarciendum.

32 Limitatur secundo in casu, quo creditor ex timore etiam reverentiam debitum petere non audet, aut illud ignorat.

33 Alia ad rem de tempore solutionis, seu restitutionis faciendæ, remissive.

34 Solutio, seu restitutio in quo loco, & cujus expensis, vel periculis fieri debeat, remissive.

35 Quilibet debitor regulariter loquendo tenetur simul, & semel totum solvere debitum; nec tenetur creditor solutiones per partes accipere.

36 Limitatur tamen conclusio primo in casu, quo specialiter conventum sit inter debitorem, & creditorem, quod solutio fiat per partes.

37 Limitatur secundo in casu, quo debitum per partes contractum sit.

38 Limitatur tertio in casu, quo debitor ex diversis causis, seu contradicibus debita contraxerit.

39 Unde cum quis ex pluribus causis sit debitor, & aliquam solutionem faciat, in ejus potestate est exprimere, quod potius debitum velit solvum: si vero nihil exprimat, est in potestate creditoris, pro quo voluerit debitum talem solutionem accipere.

40 Cum hoc tamen, quod si nihil exprimat, censetur semper solutum debitum magis onerosum.

41 Quando debitor una cum capitali simul usuras debet per partem solutionem factam, censetur soluta usura, quamvis debitor capitale se solvere exprimat.

42 Debitum tollitur etiam sine solutione per acceptilationem.

43 Acceptilatio quid sit.

44 Unde ut acceptilatio valeat, debet sic fieri, ut appareat, cujus debiti ex pluribus remissio petatur.

45 Si autem pluribus debitis ex pluribus stipulationibus factis gravatus non pro uno, vel altero determinato debito, sed pro omni indifinite rogat, tunc per acceptilationem omnia debita, quamvis ex pluribus stipulationibus provenientia, censetur sublata, seu remissa.

46 Debitum tollitur, & solutio fieri censetur etiam per justam compensationem.

47 Quandonam justa, & licita compensatio fieri possit.

sit, & quenam conditiones ad ipsam requirantur, remissive.

48 Qui per errorem solvit, quod non Jure naturali, nec civili debebat, solum condicere, seu repetere potest.

49 Qui per errorem solvit indubitum Jure naturali, debitum vero Jure civili, solum pariter condicere, seu repetere potest, sive per errorem facti, sive Juris solverit.

50 Qui indubitum Jure civili, & debitum Jure naturali solvit per errorem, seu ignorantiam facti, modo ignorantia non sit crassa, vel supina, potest solum repetere, seu condicere.

51 Si autem id solvat per errorem, seu ignorantiam Juris, repetere, seu condicere non potest.

52 Qui sciens se non debere, & nihilominus solvit, non potest solum condicere, seu repetere.

53 Et procedit conclusio, etiamsi talis dederit hac mente quod velit iterum repetere.

54 Secus autem esset, si animo dubio, incerto, aut titubante solvoisset.

55 Aserens se in debitum solvisse, & conditionem intendens, probare debet, quod fuerit indubitum.

56 Secus autem esset, si adversarius negaret se à condicente solutionem accepisse.

57 Pro faciliiori captu supradictorum datur hic definitio Conditionis.

58 Jure datur definitio Indebiti.

59 Addit. usque ad fin.

Solutio proprie sumpta est idonea, ac sufficiens debiti præstatio, seu satisfactio tempore, & loco convenienti legitime facta. Sic in re Communi. Ad solutionem tenetur quicumque est debitor, seu obligatus; debitor enim sui obligatio non tollitur, nisi solutione, & satisfactione; Inst. Quibus modis tollitur obligatio, in principio ibi; Tollitur autem omnis obligatio solutione ejus, quod debetur. (Procuratum cum leg. 1. tit. 14. p. 5. Vid. tit. 20. lib. 3. For. Reg.) Debitor, qui solvendo amplius non est, si sit laicus, debet cedere bonis, ac permittere, ut bona ejus subhastentur, ut ex eis creditores, servato juris ordine, percipiant quantum cuique eorum debetur, quamdiu aliquid adest; l. Qui bonis cesserint 1. Cod. Qui bonis cedere possint, cum similibus.

Quis

Debitor insolventem, bonis cedere debere, non est absolute necessarium, ut asserit A. verbo debet, quod importat necessitatem: duo remedia, ad minus, notantur in Jure Hispano, prædictam cessionem effugientia; indicat ad inopiam redacti debitores adversus debitum, quod inficiare nequeunt, moderatas petere, & impetrare indicias ad solvendum; primò, è Supreme tribunalibus, quæ addicta est talis concessio: (1) & literæ quibus hujusmodi indicia indulgentur, latine rescripta moratoria, hispanè moratoria, è spera nominantur; secundò, à creditoribus, quando debitori ad solvendum aliqua dilatio vulgò espera de acreedores, conceditur: illud regularitèr obtinetur hac in peninsula, dum debitores ineunt recursum Supremo Castellæ Senatu, à Sala primera de Gobierno cognominant, sub cautione ad creditoris consulendum, intra determinatum tempus præstanda: (2) istud verò, si creditores, aut major eorum pars juxta debiti quantitatem in danda debitori dilatione consenserint: aut si præstiterint assensum, qui in numero personarum, quantitateque crediti æquales fuerint, sive inæquales in personis, & in quantitate pares: (3) eorumque consensu in judicio deducto, à Judge ordinariè proceditur.

(1) L. 15. tit. 5. lib. 2. Otrosí ordenamos, y defendemos, que los nuestros Oidores no den, ni libren à persona alguna cartas de espera de sus deudores. Auct. acord. 94. tit. 4. lib. 2. De aqua adelante las esperas que se pidieren en el Consejo hayan de pasar y despacharse; y las que fueren de Justicia, en Sala de Justicia: y las que fueren de Gracia, en Sala de Gobierno: (2) Auct. acord. 19. ejusd. Luego que se pida moratoria por qualquiera interesado, mandará el Consejo dar traslado à los acreedores para asegurar el mayor acierto en punto tan grave; y vista la respuesta de éstos, en el caso de acordar el Consejo la moratoria, sea con la calidad de dar fianzas à satisfaccion de los acreedores para la paga de sus créditos, pasado el tiempo de la concesion, con lo qual se les asegura su cobranza, y los créditos de sus principales. (3) L. 5. tit. 15. p. 5. Debdor seyendo un ome de muchos, si ante que desamparare sus bienes los juntase

FERRER. BIBLIOT. TOM. VIII. Aaa pi.

- 4 Quis autem Juris ordo servandus sit pro solvendis ipsis creditoribus, cum non sufficiant debitoris bona ad cuncta solvenda debita; Vide *verb. Restitutio art. 4. d. num. 29. ad 73.*
- 5 Quomodo vero per cessionem bonorum liberetur debitor ab onere solutionis faciendæ, & quæ de ipso in facti contingentiâ concludenda occurrant? Vide *verb. Restitutio art. 5. d. num. 49. ad 59.*
- 6 Si debitor, qui solvendo non est, sit Clericus, non tenetur cadere bonis, nec excommunicari, nec incarcerari, aut aliter molestari potest, si vere inops sit, &

ad inopiam sine sua culpa devenit, & juratam cautionem præstet de solvendo, cum ad pinguiorem fortunam venerit; *Communis*, per textum in *cap. Odoardus 3. de solutionibus*, juncto ejus summario sic expresse habente: "Si Clericus non habeat, unde satisfaciat suis creditoribus, non debet excommunicari, nec aliter molestari, præstabit tamen cautionem saltem juratam de solvendo, cum venerit ad pinguiorem fortunam." Assignantur tamen quoad hoc à doctoribus varie limitationes videndæ apud *Barbosam in d. c. Odoardus d. num. 6. & alios Canonistas ibid.*

(Per

Nullum tribunal, præter assignatum tali gaudet potestate: nam cum ad Regaliæ Principis actum, debitori gratiosam moratorium dispensare, atineat, (1) quid mirum, quando relatum Tribunal omnimodæ regie jurisdictionis velut depositum æstimatur: (2) solum immiscere se haud valent in dilationibus, quas regie gaze debitores intendunt, quia similis gratia Supremo rei dominicæ Senatui vulgò *de Hacienda ó Contaduría*, prævia Regia consultatione inseparabilis consideratur. (3)

Verum est, quod, si debitorum haud utantur hisce remediis, denegari non debeat cessionis beneficium: (4) nisi ratione reddituum Regalium debitum ortum duxerit, quoniam in carcerem sunt detinendi, eoque satisfactio peragatur; (5) præseniendæ equidem sunt ad hoc assequendum remedium, si vè ejus finem, duæ juratæ relationes: una debitoris, creditorumque altera, reo vinculis addicto, aut Judicis Ordinarii dispositioni in carcere presentato: & si relatio hujus admittitur, datur creditoribus licentia, lata sententia graduationis, & prævio judiciali decreto, bona distrahendæ, ut ex eorum valore singulis satisfiat: neque ab onere solutionis interpostum liberantur, dum omnibus bona haud sufficiunt: imò poterunt judicialiter ad solvendum conveniri, si ad pinguiorem fortunam pervenerint. (6)

Dominus Indicis, talis gratia Audientis etiam valet concedi, dummodo semestre tempus non excedat, legitimeque constiterit de debitoris insolventia: (7) Quamquam videatur peculiare Regiæ Majestatis hujusmodi beneficium in concernentibus ad eadem territoria, utpotè signantur præventum, (8) & ab ipsemet Persona concessum, demonstraturque simul aliquis in casibus eorum Supremi Senatus constitutione expediti, (9) tamen cum æquali, ac Supremus Castellæ Senatus, jurisdictione præfulgeat, (10) consequens videtur, valere concedere moratorias.

piden por merced al Rey que les dé cartas, é que les aluenga el plazo á que debían pagar: E dales cartas, é que les aluenga el plazo. E tal carta como ésta mandamos que vala. Como quier que reciba por ella algun agravamiento aquel á quien deben el debtor:

(1) *Audi. acord. 17. tit. 4. lib. 6.* Sin embargo de lo que me propone el Consejo de Guerra en consulta de 30. de Noviembre, he resuelto, á la que me hace el de Castilla, no se concedan moratorias, ni esperas de gracia por aquel Consejo; y le mando se abstenga de la regalía de conceder semejantes esperas de gracia, dando solo aquellas, que por causas legitimas, y con conocimiento, se debieren conceder en justicia:

(2) *Audi. acord. 46. tit. 4. lib. 2.* Habiendo entendido la falta de respeto con que se trata de las Justicias de mis reinos: deseando ocurrir con pronto y eficaz remedio, he resuelto fíarle de la gran satisfaccion que tengo del Consejo, y á su actividad, para que en atencion á la importancia de esta materia, premedite los medios mas proporcionados á establecer la autoridad de la Justicia, y sus Ministros, consultándome lo que se ofrezca:

(3) *L. 2. tit. 2. lib. 9.* Por quanto en lo que toca á la jurisdiction del Consejo de Hacienda: cap. 8. lli: Mando que los del dicho Consejo no puedan mudar situaciones de juros, ni deudas que debamos, ni hacer descuentos, ni sueltas iguales, ó composiciones, esperas que me deban arrendadores, ó otras personas, sin consultármelo primero, y tener orden mia de lo que deban hacer en ella. *L. 11. tit. 10. ejusd.* De las fees que se dieren de prorrogaciones de términos, ó de esperas, se llenen de derechos por cada unas:

(4) *L. 5. tit. 16. lib. 5.* Declarando la ley del Fuero el Rey D. Enrique IV. en Madrid año de cincuenta y ocho, ordenó y mandó que aquel que hiciere cesion de sus bienes, segun forma de la dicha ley, que despues que por el deudor fuere hecha la dicha cesion, el deudor esté en la carcel por nueve dias: *L. 6. ejusd.* Qualquier Mercader, ó Cambiador, ó otra qualquier persona, que hiciere cesion de bienes:

(5) *L. 1. tit. 9. lib. 9. condit. 5.* Por quanto muchos arrendadores, y recaudadores mayores, que arriendan las rentas reales; las cobran, y no pagan lo que deben de ellas, antes gastan y distribuyen lo que cobran de las dichas rentas en otras cosas, y si los prenden por

ello, hacen cesion de bienes, diciendo que no tienen de que pagar lo que deben, se entendia: que hayan de estar presos hasta tanto que complan, y paguen lo que deben, y fueren obligados:

(6) *L. 3. tit. 15. p. 5.* El despartamiento que hace el deudor de sus bienes, de que hablamos en las leyes ante de ésta, ha tal fuerza, que despues non puede ser el deudor emplazado, nin es tenido de responder en juicio á aquellos á quien debiese algo, fuera ende si oviese fecho tan gran ganancia, que podria pagar los debdos todos, ó parte de ellos, é que fincase á él de que podiere vivirl:

(7) *L. 93. tit. 15. lib. 2. Ind.* Ordenamos, y mandamos á los Presidentes, y Oidores que no alcen destierros, ni den Cartas de espera á los deudores de nuestra Real Hacienda: y si se ofreciere algun caso en que les pareciere conveniente concederla á algunas personas particulares, y no en general, constando primero que los deudores no puedan pagar por causas legitimas, que han sobrevenido, dando fianzas legas, llanas, y abonadas de que pasados seis meses pagarán; permitimos que por este término les puedan esperar:

(8) *L. 61. tit. 6. lib. 9. Ind.* Porque algunas veces concedemos esperas á los cargadores para que satisfagan sus debtos:

(9) *Audi. acord. 48. tit. 2. lib. 2. Ind.* Las esperas que se piden en el Consejo de condenaciones hechas en visitas, residencias, ó en otros qualesquier negocios, se han consultado siempre con su Magestad, y ésta costumbre se ha de guardar por el Consejo:

(10) *L. 2. ejusd.* Porque los del nuestro Consejo de las Indias, con mas poder, ó autoridad nos sirven: es nuestra merced, y voluntad que el dicho Consejo tenga jurisdiction Suprema de todas nuestras Indias Occidentales descubiertas, y que se descubrieren, y de los negocios que de ellas resultaren, y dependieren, y para la buena gobernacion, y administracion de Justicia pueda ordenar, y hacer con consulta nuestra las leyes, Pragmáticas, Ordenanzas, y Provisiones generales, y particulares que por tiempo para el bien de aquellas Provincias convinieren: el dicho nuestro Consejo sea obedecido, y acatado, así como lo son el Consejo de Castilla, y los otros nuestros Consejos en lo que les perencece, y por sus provisiones, y mandamientos sean en todo y por todo cumplidos:

(Per se patet, Antioquem loqui de Clerico, nulla bona præter ecclesiastica, seu beneficentia habente, eo quod mi pro comperto habetur, cessionem efficere ei licere, primo, quia, quod bonibus civilium & politicam societatem constituentibus licet, (*Lit. R. pag. 188. proximo ad num. 59.*) eidem denegari. (*Vid. verb. Bannitus; in add. hisp.*) non valet secundo, siquidem, (*Videatur add. hisp. buio verbo supposita, ac pag. 283; ac in novis pag. 287. ipsiusmet litera. S. y.*) dum alia bona (*Vid. leg. 9. tit. 17. p. 1. ibi:* Si el Clerigo habia otras riquezas:) repetuntur, & actio non est exincta; judicarius ordo ad debiti recuperationem defocere nequit, ideo, tamen si non possit persona molestari, sunt bona persequenda usquequo creditor sui debiti reintegregationem consequatur; nec mirum, si in redditus ex bonis ecclesiasticis provenientis actio aliqua intendatur, quando tanta sunt estimatiõnis, ut, post congruam status sustentationem aliquid superit.)

Qui rerum suarum liberam administrationem non habent, uti sunt Pupilli habeites Tutorem, Minoris, Furiosi, & Prodigii habentes Curatorem, sine auctoritate Tutorum, & respective Curatorum, valide solvere non possunt; *Communis*, textu expresso in l. Quod si. §. 8. ff. de solutionibus, & §. Nunc admonendi 2. in fine. *Instit. Quibus alienara licet, vel non. l. 1. §. 1. Lex. 4. tit. 14. p. 5.* declarat, facta minori, & c. debiti solutione, Tutoris, Curatorisve absque auctoritate, ab obligatione debitorum non liberari, præcipue si pecunia solutæ male fuerint impense; ceterum secus veniunt, dummodo eidem vel Tutori prævio judicis decreto sine tradita; ita à lege præscribitur, sed ne intelligas, in qualibet solutione Tutori seu Curatori faciendæ dictum decretum requiri, illa verba legis videlicet: *E para ser seguro desto debe pagar lo que debe á el, ó á su guardador con otorgamiento ó mandamiento del Juez del logar:*

Tutorem seu Curatorem non comprehendunt, sed minorem, eo quod juxta expressa *lit. T. pag. 105. §. seq. col. 1. in princip.* illi à iudice prout in communi confirmantur, onus discernitur, facultas ad similia conceditur, & ratio personæ minoris, & bonorum habetur; quare si sola auctoritate Tutoris intercedente minori fiat solutio debiti, bene se gessit debitor, & iterum solvere non tenetur, quamquam immodice insuperis, nam tutor manet adstrictus *leg. 2. tit. 13. p. 5.*

Procurator, tam specialis, quam universalis potest valide solvere pro debitore, cujus est Procurator: *Communis*, textu expresso in l. Procurator §. 8. l. Sed. & id §. ff. de Procuratoribus, l. Quolibet §. ff. de solutionibus. (*Vid. leg. tit. 5. p. 3. præcipue ex 19. etiamque leg. ex 20. tit. 12. p. 5. Præsertim §. leg. 6. tit. 1. §. 13. tit. 10. lib. 1. For. Reg. cum lit. A. pag. 157. col. 2.*)

Immo etiam quisvis alius pro debitore etiam invito, ac ignorante solveat, ac satisfacere, eumque à debito liberare potest. *Communis*, textu expresso in l. Solveat §. ff. de solutionibus, ibi: "Solveat pro ignorante, & invito cuique licet, addita ibidem ratione: (Ad rem l. ex 10. tit. 5. p. 3. §. 25. tit. 14. p. 5. 11. tit. 20. lib. 3. For. Reg.: recognoscantur leg. 26. 27. 28. & usq. in fin. tit. 12. p. 4. §. 5.) Cum sit Jure civili constitutum solvere etiam ignorantis, invivique meliorem conditionem facere." Et concordat l. Solvendo §. ff. de negotiis gestis, ubi redditur eadem ratio, (*Consonat lex 32. tit. 12. p. 5.*)

Et tamen hic advertendum, quod solvens pro alio sciente, & volente, habet contra illum actionem mandati, arg. l. Si remunerandi §. 2. ff. Mandati. Solvens autem pro alio ignorante habet contra illum actionem negotiorum gestorum ad repetendum ab ipso, quod pro eo solvit, nisi debitoris interfuerit eam pecuniam non solvi, textu expr. in l. Cum pecuniam §. ff. de negotiis gestis. Solvens tamen pro alio expresse volente, & confidente, nullam habet actionem, vel Jus ad repetendum ab eo, quod pro ipso solvit, arg. l. Si rem §. ff. de negotiis gestis, & c. l. Si remunerandi §. 2. ff. Mandati. (*Vid. quæ num. præcedenti notantur; ne despicias leg. 54. tit. 5. p. 5. ac 12. tit. 12. p. 7. D. Anton. Gom. tom. 2. cap. 13. num. 11.*)

Solutio primum ferti debet, & ac potest ipsi creditor, etiam invito, si ipse creditor liberam rerum suarum habeat administrationem, & ipsa solutio fiat debito loco, & tempore: Et si creditor solutionem accipere no-

Successor in beneficio ecclesiastico, ut in episcopatu, prælatura, & quocumque beneficio etiam simplici, tenetur solvere debita facta ab Antecessore pro vera utilitate, vel necessitate ecclesiæ, seu beneficii. *Communis*, textu expr. in *cap. Ad hoc 1. de solutionibus, ibi:* "Sicuti filius debita patris solvere tenetur, ita Prælati sui Prædecessoris pro ecclesiæ utilitate contracta, juncto ejus Summario sic expresse habente: Successor in beneficio tenetur solvere debita Prædecessoris pro necessitate ecclesiæ contracta."

Item, successor in beneficio tenetur solvere debita contra facta à suo Antecessore pro sua necessaria, honesta, ac decanti sustentatione. Sic Abbas in *d. cap. Ad hoc num. 2. Barbosa ibid. num. 3. Fagnan. ibid. num. 10. citans ad id Rotæ decisionem, Flaminii Parisiens. de Resignat. lib. 1. quart. 16. §. num. 15. Engel lib. 3. decret. tit. 2. num. 18. Reiffensuel ibid. num. 16. & alii: Et ratio est, quia etiam hæc debita propter unionem, quam habet Rector cum ecclesiâ, censentur contracta pro necessitate ecclesiæ, cum teneatur suum Rectorem alimentare, *cap. Cum secundum 16. de Præbendis, ibi:* "Cum secundum Apostolum, qui altari servit, vivere debeat de altari; & qui ad onus eligitur, repelli non debeat à mercede, patet à simili, ut Clerici vivere debeant de patrimonio Jesu-Christi, cuius obsequio deputantur, ut ipsa pro nobis ratio persuadet."*

Ut Successor autem in beneficio tenetur solvere debita Antecessoris, debet prius creditor probare, quod pro vera utilitate seu necessitate ecclesiæ, aut saltem pro necessaria Prælati sustentatione fuerint contracta; *Communis*, per text. in *cap. Ea etiam §. 1. caus. 10. q. 2. ibi:* "Is creditor hic intelligatur, qui quod creditur, præstat in utilitatem divinis domus processisse. Et concordat *cap. Quod quibusdam 4. de Fidejussoribus, ibi:* Nisi forte in utilitatem domus ipsius manifeste constiterit redundasse."

Sufficit tamen, quod creditor probet tunc temporis adfuisse verum casum utilitatis, vel necessitatis ecclesiæ, quamvis non probet in eam pecunias, vel aliam rem creditam fuisse conversam: Sic Glossæ communiter recepta in *cit. cap. Ea etiam §. 1. ad fin. caus. 10. quart. 2. verb. Probat: Fagnan. in cit. cap. Ad hoc 1. de solutionibus num. 7. Abbas in cit. cap. Quod quibusdam 4. de Fidejussoribus num. 7. Reiffensuel loc. cit. num. 19. & ipso teste, communis auctorum, arg. leg. Utilitatem l. §. 8. & leg. Lucius §. ff. de exercitoria actione.*

Nullatenus vero tenetur successor in beneficio solvere debita ab Antecessore contracta, non pro utilitate, aut necessitate ecclesiæ, nec pro necessaria sui sustentatione, sed alio titulo. *Communissima*, per claros textus in *cap. Si quorundam 1. de solutionibus, cap. Quod quibusdam 4. de Fidejussoribus, cap. Gravis 1. de Deposito, cap. Ea etiam 2. caus. 10. quart. 2.* Et ratio est, quia Clerici debita contrahentis incuria, culpa, vel prodigalitate, non debet nocere ecclesiæ, textu expresso in *c. Delictum 76. de Regul. Jur. in 6. ibi:* Delictum persone non debet in detrimentum Ecclesiæ redundare: Peccata enim suos debent tenere Auctores, l. Sancimus 22. Cod. de penis, c. Quæsit 2. de his, que sunt à majori parte capituli.

Recognoscantur leges §. 45. tit. 6. p. tit. 19. p. 1. §. 4. tit. 15. p. 2. §. 1. tit. 20. lib. 2. For. Reg. conducit aliquid lex 13. tit. 19. p. 3. §. 1. tit. 14. p. 1. cum *iparatur glor. D. D. Greg. Lop. 2. Vid. verb. Alienare; Bona ecclesiastica cum verb. Beneficentus: ad rem lex 3. tit. 1. 7. tit. 3. §. 6. tit. 13. ibi:* E annu decimos: p. 5. non obliviscaris eorum, que *lit. D. p. 75.* (ibi *Ord. Circularis & pag. 115. n. 17. lit. E. pag. 150. ac 153.* ac denique *lit. 1. pag. 37. num. 122.* novissime proponuntur; iis omnibus animadversis, multa ex n. 11. ab Auctore extensa confirmationem, exornationemque non minus accipiunt.)

Solutio primum ferti debet, & ac potest ipsi creditor, etiam invito, si ipse creditor liberam rerum suarum habeat administrationem, & ipsa solutio fiat debito loco, & tempore: Et si creditor solutionem accipere no-

16 lit. poterit debito principali, & ab usuris liberari. *Communis*, text. expresso in l. Oblatione 9. *Cod. de solutionibus*, ibi: "Oblatione totius debita pecunie solemniter facta liberationem contingere, manifestum est. Sed ita deum obligatio debiti liberationem parit, si eo loco, quo debetur solutio fuerit celebrata?" cum similibus. (Consonat *leg. 1. §. 10. tit. 14. p. 5. 1. tit. 20. lib. 3. For. Reg.*)

17 Nequit vero fieri solutio creditori, qui liberam rerum suarum administrationem non habeat; Unde si quis debitum solvet pupillo sine auctoritate tutoris, vel minori, prodigo, amenti sine auctoritate curatoris, & pecunia soluta perdat, seu male consumetur; denovo pro solutione debiti conveniri potest; *Communis*, per text. in §. Nunc admodum 2. *Instit. Quibus alienare licet, vel non leg. Pupillo. 15. ff. de solut.*

18 Potest tamen fieri solutio tutori, aut curatoris ejusmodi creditoris non habentis liberam rerum suarum administrationem; *Communis*, text. expresso in l. Quod si 14. §. 7. l. Solutam 49. ff. de solutionibus, & citat. §. Nunc admodum 2. *Instit. Quibus alienare licet vel non, cum similibus.*

19 Item recte fit solutio creditoris procuratori tam generaliter, quam specialiter ad solutionem accipiendam deputato. *Communis*, text. expresso in l. Verò 12. in principio ff. de solutionibus, & l. Qui hominem 34. §. 3. ff. eodem.

20 Si Debitor penitus ignorante, seu nesciente, procurator ad creditore tali officio privetur, vel ei ne solutio nem accipiat, specialiter mandetur; adhuc ipsi debitor recte ei solvit, & liberatur à sua obligatione; Sicut autem, si id sciat. *Communis*, text. expresso in c. l. Verò 12. §. 2. ff. de solutionibus, & c. l. Qui hominem 34. §. 3. & l. Dispensatoris 51. ff. eod.

21 Item recte fit solutio servis, ac filiis familias, si ad accipiendam solutionem specialiter eam deputati, vel liberam, & universalem habeant administrationem. *Communis*, per claros textus in l. Verò 12. l. Si quis 18. l. Qui hominem 34. l. Solutam pecuniam 49. ff. de solutionibus, cum similibus.

22 Item recte fit solutio creditori creditoris, nisi ab ipso creditore expressa ad id habeatur contradictio, arg. l. Si liber 36. ff. de negotiis gestis, l. Solutum 11. §. 5. ff. de pignoratitia actione; Unde casu, quod creditor à tali debitor adhuc solutionem praeferret, posset dictus debitor se liberare exceptione doli mali, dicendo si sine tua contradictione jam solvi tuo creditori, *leg. Si opera 6. ff. de doli mali, & metas exceptione, & ibi Baldus, Perex de solutionibus num. 6. Silvester verb. Solutio n. 4. Reiffenstuel loc. cit. num. 26. & alii. (Vid. sup. ex n. 7. in nov. leges 5. §. 6. tit. 14. p. 5. & D. Gom. ubi sup. cum *Leg. 4. tit. 5. p. 3. & 38. tit. 13. p. 5.*)*

23 In qua specie, & quo valore moneta, facienda sit solutio, *Vid. verb. Moneta à num. 13. ad 25.*

24 Debitor existente in culpabili mora solvendi, si interim contingat monetarum mutatio, ipse solvendi damnum sentire debet, *Communis*. Mora enim cuique sua, non alteri nocere debet; c. Mora sua 25. de *Reg. Jur. in 6. ibi: Mora sua cullebit est nociva. (Vid. art. 4. verb. Emptio, num. 15. & lit. D. pag. 61. in nov.)*

25 Quando in conventionem speciali certum tempus ad solvendum praefixum est, debet exacte à debitor observari. *Communis*, per textum in l. Solidum 85. ff. de solutionibus ibi: *Solidum solvitur non minus quantitate, quam die;* Et hoc etiam si creditor non urgeat solutionem, quia dies statuta interpellat pro eo, textu expresso in cap. Potuit 4. de locato, & conducto, ibi: *Non obstante, quod ei, ut canonem solveret, non extitit nuntiatum, cum in hoc casu dies statuta pro domino interpellat;* Et concordat l. Magnam 12. *Cod. de contrahenda stipulatione 26. & leg. In Emphyteuticariis 3. Cod. de fure emphyteutico.* Unde si ex culpabili mora solvendi praefixo, & determinato tempore, creditor aliquid damnum patitur, est ei resarciendum à debitor culpabiliter mortoso quia tunc est causa, quod patiatur illud grave interesse lucri cessantis, & damni emergentis; cum qui causam damni dat, damnum dedisse videtur; c. Si cul-

pa 6. de injuriis, & damno dato l. Qui occidit 30. §. 3. ff. ad l. Aquilam; adeoque & c.

26 Si certum tempus determinatum sit in favorem debitoris, prout ordinari fieri solet, l. Cum tempus 17. ff. de *Regul. Juris*, potest debitor ante finitum tempus conventum solvere; & creditor tenetur solutionem acceptare, textu expresso in l. Quod certa die 70. ff. de solutionibus, ibi: *Quod certa die promissum est, vel statim additi potest, totum enim medium tempus ad solvendum promissori libere relinquatur;* Et concordat l. Qui res 98. §. 4. ff. eodem cum similibus. Et ratio clara est; quia omnes libere possunt his, quae pro se introducta sunt, renuntiare, textu expresso in l. Si quis in conscribendo 299. *Cod. de pactis*; quibus: *Cum alia sit Regula juris antiquae, omnes licentiam habere, & bis, quae prout introducta sunt, veniuntur;* c. Si de terra 5. de *peccatis*; ibi: *Committitur tamen antiquae: furi sua renuntiare.*

27 (Praeterea est num. 25. per *legem 8. tit. 14. p. 5. 1. tit. 11. l. ejusd. p. lib. B. pag. 223. col. 1. in princip. D. Anton. Gom. ubi supra num. 28. verb. Dampnificatio, & Restitutio, pag. 506. col. 2. paginae req. l. 3. ibi: La tercia: tit. 12. p. 5. leg. 17. tit. 13. l. Jur. p. 39. & 6. tit. 15. ejusd. p. 5. ibi: Orosio: 23. ibi: Botosio: tit. 20. p. 1. atque per *leg. 40. tit. 18. p. 3. cum l. 2. ibi: Botosio: tit. 1. p. 2. confirmantur; Vid. tit. 1. 184. num. 29. cum *leg. 3. tit. 14. p. 5.*)**

28 Si autem tempus determinatum sit in gratiam creditoris, prout fit, quando pro summa capitali mutuo accepta dari debet usura, debitor ante elapsum illud tempus solvere non potest, nec creditor solutio nem accipere tenetur; Et sic in aliis similibus casibus *Communis*, per textum in *leg. Favolens 15. ff. de annuis legatis*, in 6. d. 1. 3. ubi sup. ff. de *leg. 1. tit. 1. p. 5.*

29 Si vero nullum tempus pro solutione sit determinatum, potest debitor eam differre, donec creditor eam petat; *Communis*, arg. h. Debitoris praesentes 10. *Cod. de Rignor. in l. Fideicommissi 3. ff. de usuris;* Quando enim creditor non petit solutionem, tunc debitor prudenter presumere potest creditorem quoad talem dilationem solutionis non esse invidium.

30 (Si nullum praefixum tempus in rebus mutatis, post decem dierum *(leg. 2. tit. 1. p. 5.)* transcursum reddenda, in commodato, post expiratum servitium ad quod res fuerint destinatae *(leg. 9. tit. 2. ejusd. p.)* in depositis, illic *(leg. 5. tit. 3. ejusd. p.)* ac sollicitudo intercesserit ab eo, per quem fuit in depositum constituta: in contractu emptionis & venditionis, quolibet ex contrahentibus contractu adimplet, & adnubio qui non adimplevit, *(leg. 28. tit. 5. p. 5.)* ad suam obligationem statim tenetur, & cogendus, nisi contrarium pactum *(leg. 38. ejusd. tit. & p.)* intercedat; & dies ad implementum praefatur: In permutatione, idem, *(l. 3. tit. 6. ejusd. part. tit. 6.)* quod in venditione observatur; In rebus locatis, *(leg. 4. tit. 8. p. 5.)* consuetudo attenditur, multum praevaleat conventio, & si utrumque deficiat, anni solvitur in fine pretium stipulatum: *(Vid. didum tit.)* inter naucleros, societatesque mercatorum, in *tit. 9. §. 10. ejusd. p. comprehensos, quidquid promittitur, est custodiendum;* in stipulationibus, seu verborum obligationibus, si sit pura obligatio, tempus *(leg. 13. tit. 1. p. 5.)* ad solvendum, hoc est, ad dandum vel faciendum, necessarium praecedere debet, prudentis arbitrio, seu iudicis: in pignoribus, statim ac debitum *(leg. 2. & 38. tit. 13. p. 5.)* solvatur, tradendum; haec pro insinuatione sufficientia.

31 Limitatur tamen prima Conclusio in casu, quo solutio sit debita ex delicto, v. g. furto, tunc enim solutio, seu restitutio facienda est statim moraliter quantum primum absque notabili incommodo fieri potest, etiam si non petatur à creditore, quia tunc talis debitor ex delicto etiam sine petitione creditoris est in culpabili mora solvendi seu restituendi; *Communis*, textu expresso in l. In re furiva 8. §. 1. ff. de conditione furtiva, ibi: *Semper enim moram fur facere videtur.* Et si creditor ex tali culpabili mora aliquid damnum patitur, resarciri debet à culpabiliter mortoso debitor. *Communis*, per

per dicta, & Jura adducta supra n. 26. *Vide verb. Restitutio art. 3. num. 87.*

32 Limitatur etiam conclusio in casu, quo creditor ex amore etiam reverentiali debitum petere non audeat, aut illud ignorat; tunc enim debitor censetur esse in culpabili mora ex eo tempore, quo arbitrio prudentis viri solvere potest, & ac debet; Et ita ad praesens intelligi debet id quod expresse dicitur in l. In omnibus 14. ff. de *Regul. Juris*, ibi: *In omnibus obligationibus, in quibus dies non ponitur, praesenti die debetur.* Sic Reiffenstuel loc. cit. num. 48. *Silvester verb. Mora quaest. 1. & alii passim.*

33 Alii ad rem de tempore solutionis, seu restitutionis faciendae; *Vide verb. Restitutio art. 3. à num. 85. ad 105.*

34 Solutio, seu restitutio in quo loco, & ejus expensis, & periculis fieri debeat? *Vide verb. Restitutio art. 4. à num. 1. ad 27.*

35 Quilibet debitor regulariter loquendo tenetur simul, & semel totum solvere debitum, nec tenetur creditor solutiones per partes accipere; *Communis*, per textum in *leg. Tutor 41. §. Lucius, ff. de usuris, leg. Plane 32 ff. Familia Eriscundo,* ubi etiam redditur ratio ibi: *Quia saepe & solutio, & exactio partium non minima incommoda habet.* (Ad rem *lex 43. tit. 13. §. 3. tit. 14. p. 5.*)

36 Limitatur tamen conclusio primo in casu, quo specialiter convenit inter debitorem, & creditorem, quod solutio fiat per partes; *Communis*, per textum in l. Arbitraria 2. §. 4. ff. De eo quod certo loco dari oportet; Et ratio est, quia ut expresse dicitur in cap. Contractus 85. de *Regul. Juris* in 6. *Contractus ex conventionem, legem accipere dignoscuntur;* & justa pacta servanda sunt; l. Antigonius 1. ff. de pactis, ibi: *Inita pacta suam obtinent firmitatem;* cap. Qualiter 3. eod. ibi: *Si iudicium agendum est, ut ea, quae promittuntur, opere compleantur;* l. Si quis in conscribendo 29. *Cod. de pactis*, ibi: *Pacta conventa, quae neque contra legem, neque dolo malo iniunt, omnimodo observanda sunt.*

37 Limitatur secundo in casu, quo debitum per partes contractum sit, quia obligatio eo modo tolli potest, quod contracta est; *Communis*, per textum in l. Nihil tam naturale 36. ff. de *Reg. Jur.* ibi: *Nihil tam naturale est, quam eo genere quicquid dissolvit, quo colligatum est.*

38 (Vid. *leg. 6. §. 38. 61. 62. tit. 5. tit. 10. tit. 10. tit. 13. p. 5. 21. 22. 23. tit. 1. 39. tit. 9. p. 6. Ne obliviscaris eorum, quae circa cap. 85. de Regul. Juris in singularibus contractuum speciebus notantur.*)

39 Limitatur tertio in casu, quo debitor ex diversis causis seu contractibus debita contraxerit, nempe unum debitum ex causa, seu contractu locationis, aliud ex contractu, seu causa emptionis, aliudve ex causa, seu contractu mutui, & sic de aliis; Tunc enim debitor potest quod vult ex illis debitis solum solvere, & non tenetur omnia dicta debita simul solvere. *Communis*, textu expresso in l. In potestate 1. *Cod. de solutionibus*, ibi: *In potestate ejus est, qui ex pluribus contractibus pecuniam debet, tempore solutionis exprimere in quam causam reddat, & concordat l. Quotiens 1. ff. de solutionibus* ibi: *Quotiens quis debitor ex pluribus causis unum debitum solvit, est in arbitrio solventis dicere, quod potius debitum voluerit solvitur, & quod dixerit, id erit solvitur.*

40 Unde cum quis ex pluribus causis est debitor, & aliquam solutionem facit, in ejus potestate est exprimere, quod potius debitum velit solvitur; Si vero nihil exprimat, est in potestate creditoris, si quo voluerit debito talem solutionem accipere, textu expresso in *leg. Quotiens 1. ff. de solut. & cit. l. In potestate 1. Cod. de solut.* Cum hoc tamen, quod si nihil exprimat, censetur semper solum debitum magis onerosum. Sic aperte additur in *leg. Quotiens 1. ff. de solutionibus*; *Dummodo (creditor) in id contrahat solvitur, in quod ipse si deberet, esse solvitur, quodque debito se oneraturus esset,*

si deberet. Equissimum enim virum est, creditorem ita agere rem debitoris, ut suam ageret; & concordat l. In his 5. §. l. Cum ex pluribus 97. ff. eod.

41 (Per *leg. 8. tit. 20. lib. 3. For. Reg. decernitur, debitum ab eo solvitur, qui pluribus obligationibus obstringitur versus unum tantum creditorem, pro ea quam debitor expresserit, factum intelligi; si talis deficit declaratio, erit creditoris electio: primam partem *lex 10. tit. 14. p. 5.* confirmat; ceterum si debitum pro quo fit solutio, non ostenditur, quod statim creditor elegerit; debitor non contradicente, facta pro eo intelligitur; si contradixerit, debitumque designaverit, pro designato est solutio sustinenda; circa hoc nihil debitor, seu creditor demonstrantibus, fit distinctio, aut aequalitas debita; aut graviora, eo quod usura debetur, pecunia imposita, sive quid simile: primo in casu per singula debita distribuitur soluta quantitas; in secundo, ista debet computari in debito, quod debitor sit minus favorabile, magisque onerosum.)*

42 Quando debitor una cum capitali simul usuras debet, per partem solutionem factam censetur solvitur usuras; quamvis debitor capitale se solvere exprimat, textu expresso in l. In his vero 5. §. 3. ff. de solutionibus ibi: *Apud Marcellum lib. 20. Diggestorum, quaeritur, si quis caveat debitori in sortem, & usuras se accipere, utrum pro rata, & sorte, & usuris decedat; An vero prius in usuras, & si quid superest in sorte? Sed ego non dubito, quin haec cautio in sorte, & in usuris, prius usuras admittat, tunc deinde, si quid superperferit, in sortem cedat.* (Vid. *glor. D. Gregorio Lopez ad *leg. 10. proxime citatam* in fin. quae idem sentit.)*

43 Debitum tollitur etiam sine solutione per acceptationem; *Communis*, textu expresso in §. Item 1. *Instit. Quibus modis tollitur obligatio*, ibi: *Item per acceptationem tollitur obligatio, & l. Pluribus 6. ff. de acceptatione*, ibi: *Id solum per acceptationem sublatur est.*

44 Acceptatio autem est imaginaria solutio, seu habitio rei pro recepta per interrogationem debitoris, & responsum creditoris facta; Quod enim Titio debetur, si id Titius velit remittere, poterit sic fieri, ut patiatur haec verba debitorem dicere. Quod ego tibi promissi, habesne acceptum? Et Titius respondeat: habeo. Sic expresse habetur in *cit. §. Item 1. Instit. Quibus modis tollitur obligatio, & concordat c. l. Pluribus ff. de acceptatione*, ibi: *Pluribus stipulationibus factis, si promissor ita accepto rogasset. Quod ego tibi promissi habesne acceptum? Si quidem apparet, quid actum est, id solum per acceptationem sublaturum est, si non apparet, omnes stipulationes solvuntur.* *Vide verb. Juramentum art. 1. num. 20.*

45 Unde ut acceptatio valeat, debet sic fieri, ut appareat cujus debiti ex pluribus remissio petatur; Unde in *cit. leg. Pluribus* subjungitur: *Si ego aliquid accepit tui, aliud tu rogasti, nihil valore acceptationem.* Si autem pluribus debitis ex pluribus stipulationibus factis gravatus, non pro uno, vel altero determinato debito, sed pro omni indefinite roget, tunc per acceptationem omnia debita, quamvis ex pluribus stipulationibus provenientia, censentur sublata seu remissa, *cit. leg. Pluribus*, ibi: *Si quidem apparet, quid actum est, id solum per acceptationem sublaturum est; si non apparet, omnes stipulationes solvuntur.* (Consonat *lex 2. §. 4. tit. 14. p. 5.*)

46 Debitum tollitur, & solutio fieri censetur etiam per justam compensationem; *Communis*, per textum in l. Dedisse 76. ff. de *verb. significat.* ibi: *Dedisse intelligendus est etiam is, qui compensatur;* & l. Si Debitor 4. ff. Qui potiores in pignore; ubi dicitur: *Nihil interesse, solvitur ne aliquis, an compensaverit;* (Consonat *leg. 20. ad usque 27. tit. 14. p. 5.*)

47 Quandonam autem facta, & justa compensatio fieri possit, & quanam conditiones ad ipsam requirantur? *Vide verb. Compensatio per tot.*

48 Qui per errorem solvit quod nec Jure naturali, nec civili debebat, solvitur condicere seu repetere potest. *Communis*, per text. in *leg. Nunc videndum 1. §. leg.*

Si quis a. ff. de conditione indebiti, l. Pecunia indebita 1. l. Cum & soluta 3. Cod. eod. cum similibus: Et ratio clara est, quia Jure naturæ æquum est, neminem cum alterius detrimento fieri locupletiorum, textu expresso in leg. Nam hoc 14. ff. de conditione indebiti, ibi: "Nam hoc natura æquum est, neminem cum alterius detrimento, & injuria fieri locupletiorum, leg. Jure naturæ 206. ff. de Regulis Juris, ibi: Jure naturæ æquum est, neminem cum alterius detrimento, & injuria fieri locupletiorum; cap. Locupletari. 47. de Reg. Juris in 6. ibi: Locupletari non debet aliquis cum alterius injuria, vel jactura." (Vid. leg. 28. 29. 30. 36. & 37. tit. 14. p. 5. cum lit. D pag. 106. n. 85. in nov. ac lit. A pag. 110. num. 83.)

49 Qui per errorem solvit indebitum Jure naturæ, debitum vero Jure civili, solum pariter condicere, seu repetere potest, sive per errorem facti, sive Juris solverit; Glossa in cap. 1. de solutionibus, verb. Inde bitum, Abbas ibid. num. 14. Pirhing. l. 3. Decretal. tit. 23. num. 3. Reiffenstuel ibid. n. 79. & alii, argum. leg. Si non sortem 26. §. 3. ff. de conditione indebiti. Et ratio est, quia, quando agitur de damno vitando, & non de lucro captando, ut in hoc casu, non solum non nocet error, seu ignorantia facti, sed neq. error, aut ignorantia Juris, textu expresso in l. Error 8. ff. de Juris, & facti ignorantia, ibi: Ceterum omnia Juris error in damnis amittenda rei sue non nocet. (Vid. verb. Ignorantia, leg. 5. ad rem 6. ac 31. tit. 14. p. 15.)

50 Qui indebitum Jure civili, & debitum Jure naturali solvit per errorem, seu ignorantiam facti, modo ignorantia non sit crassa, vel supina, potest solum repetere, seu condicere. Gloss. 2. in cit. cap. Is qui 4. de solutionibus verb. Inde bitum; Abbas ibid. num. 12. Pirhing. loc. cit. num. 33. Reiffenstuel loc. cit. num. 71. & alii, arg. leg. Nec supina 6. & leg. Error 8. ff. de Juris, & facti ignorantia. Si autem id solvat per errorem, seu ignorantiam Juris, repetere, seu condicere non potest, quia talis ignorantia non excusat; Glossa loc. cit. Abbas loc. cit. num. 12. Pirhing. loc. cit. num. 33. & alii, per text. in leg. Ignorantia 1. l. in omni parte 2. leg. Plurimum 3. leg. Juris Ignorantiam 4. leg. Error 8. leg. Regula 9. ff. de Juris, & facti ignorantia, & l. Cum quis 10. cod. ubi expresse, ac repetitis vicibus habetur, quod Juris ignorantia non prosit. Immo in cit. leg. Regula 9. ff. de Jur. & facti ignorantia pro Regula traditur expresse, ut sequitur: Regula est Juris quidem ignorantiam cuique nocere, facti vero ignorantiam non nocere, & in cit. l. Cum quis 10. Cod. eod. sic præcise statuitur: "Cum quis Jus ignorans indebitam pecuniam solverit, cessat repetitio." Per ignorantiam enim facti tantum repetitionem indebiti soluti competere sibi notum est." (leg. 31. 33. ac 42. tit. 14. p. 5. & leg. 20. ac 21. tit. 1. p. 1. vide verb. Lex atque leg. 4. tit. 2. p. 7. in glos. 2.)

52 Qui sciens se non debere, & nihilominus solvit, non potest solum condicere, seu repetere. Communis textu exp. in l. Nunc videndum 1. §. 1. ff. de conditione indebiti, ibi: Si sciens se non debere, solvit, cessat repetitio, cum similibus: Et ratio est, quia talis præsumitur donare, nam ut expresse dicitur in l. Cujus 53. ff. de Reg. Jur. Cujus per errorem dati repetitio est, ejus consulto dati donatio est. Et procedit conclusio, etiamsi talis dederit hac mente, quod velit iterum repetere, textu exp. in l. Quod quis 59. ff. de conditione indebiti, ibi: Quod quis sciens indebitum dedit hac mente, ac postea repetere, repetere non potest. (Vid. leg. 29. 30.)

54 49. 51. 52. 53. tit. 14. p. 5.) Secus autem esset, si animo dubio, incerto, aut titubante solvisset, textu exp. in l. Pro dubietate 17. Cod. de conditione indebiti, ibi: "Quod nos decedentes sancimus, omnibus, qui incerto animo indebitam dederint pecuniam, vel aliam quamdam speciem persolverint, repetitionem non deum negari." Et ratio est, quia, ut expresse statuitur in l. Non debet 41. §. 1. ff. de Reg. Juris in re obscura melius est favore repetitioni, quam advenitio lucro. (Leg. 30. tit. 14. p. 5. vid. lit. C pag. 32. n. 16. & lit. E pag. 234. num. 18.)

Asserens se indebitum solvisse, & conditionem intentans, probare debet, quod fuerit debitum. Communis textu exp. in cap. Is qui 4. de solutionibus, ibi: "Is, qui conqueritur indebitam pecuniam se solvisse, probare tenetur, quod indebitum sit soluta; leg. Cum de indebito 25. ff. de probationibus." Præsumtio enim stat contra ipsum, quia, ut expresse dicitur in cit. l. Cum indebitum: Qui enim solvit, nunquam ita resipiscit, ut facile suas pecunias faceret, & indebitas effundat.

56 Secus autem esset, si adversarius negaret se a condicente solutionem accepisse; tunc enim si de solutione accepta convinceretur, ipse probare debet, id, quod solum accepit, sibi revera debitum fuisse. Communis textu exp. in cit. cap. Is 4. de solutionibus, ibi: "Nisi adversarius solutionem inficiens exande convincatur, tunc enim dissentiri onus incumbit probandi, quod debitum recepisset; & cit. l. Cum de indebito 25. de probation. (Vid. leg. 6. tit. 14. p. 3. & 29. tit. 14. p. 5.)

57 Ad facilius capiendâ hæctenus dicta, observandum est, quod conditio indebiti est actio personalis, quam quis habet contra eum, cui indebitum, hoc est, aliquid, quod ei non debebat, per errorem solvit. Sic in re communis, arg. l. Nunc videndum 1. l. Quod indebitum 7. l. Inde bitum solutio 15. ff. de conditione indebiti, l. Pecunia indebita 1. l. Cum & soluta 3. l. Si per ignorantiam 6. l. Fideicommissum 7. Cod. eod. cum similibus.

58 Inde bitum autem est quasi contractus re iustus, quo is, qui rem indebitam per errorem solum accepit, ad eandem reddendam obligatur. Sic expresse Pirhing. l. e. n. 30. & alii per textum in l. Si quis 5. §. 3. ff. de obligat. & action. & §. Item 15. Inst. de obligat. que quasi ex contractu nascuntur (Repete præcedentes decisiones).

59 De præsumpta solutione, de qua frequenter in foro disseritur, paucis hic agendum.

60 Solutionem præsumptionibus probari posse non ambigitur. At quænam præsumptiones efficaces sint videndum. De existentia chirographi penes debitorem dubitatur, an ea præsumptionem inducat solutionis. In primis autem constare debet, an chirographum a debitore in medium produçum, sit illud ipsum, quod antea in manibus creditoris fuit; idque, quia accidere potest, ut debitor sciens creditorem amississe chirographum, aliud confecerit. Constat de identitate chirographi, alia deinde inspectio occurrit, cum voluntate creditoris debitor chirographum consequutus sit, an eo inscio & invito? Hic autem ita distinguunt Doctores. Si debitor suspensus sit, vel creditoris domesticus, aut aliis familiariter cum eo conversetur, creditorem admittit, ut juramento asserat chirographum se inscio ad debitorem pervenisse. E contrario autem si debitor vir sit probate vite, & integritatis, ut suspicio subreptionis locum sibi vindicare nequeat, ejus juramento creditur, si testetur, creditorem sibi chirographum reddidisse; Anton. Fab. in Cod. l. 8. §. 3. de fin. 24. Carpov. Jurisprud. forens. part. 2. const. 29. de fin. 12. Adde Freyer. de solut. cap. 11. membr. 1. num. 20. & seq.

64 Quid Juris de chirographo, cancellato? Si chirographum cancellatum reperitur apud debitorem, nec domesticum creditoris, nec alia de causa suspectum, ipse debitor, vel ad juramentum admittitur creditorem cancellasse, vel creditor onus probandi contrarium in se suscipere tenetur; Carpov. & Freyer locis mox alleg. Quod si chirographum apud creditorem cancellatum reperitur, solutio præsumitur, nisi ipse creditor manifestis probationibus contrarium ostendat; Brunemann. ad L. 24. ser. per tot. de Solut. Dubitatio major est, si chirographum cancellatum penes Tertium reperitur. Sunt qui existimant, debitorem eo ipso non esse liberatum, quum chirographum illi Tertio, saltem custodizæ causa traditum fuerit, & sic præsumptio cancellationis a creditore factæ cesset. Vide Freyer ubi supra num. 23. & ab eo allegatos. Quod tamen ita intelligendum reor, nisi aliæ probationes concurrant. Denique si Notarius chirographum confecerit, illudque in proto-

collo Notarii cancellatum reperitur, solutionis præsumptio evinde non alter oritur, quam si cancellationem consensu creditoris factam esse probetur; Confer Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 141. num. 19.

69 Succedit privata debitoris adnotatio. Pro regula autem tenendum est, quod etsi debitor in libro quodam, in quo consignare solet res quotidie gestas, aut rationes rerum suarum, scripserit, se alteri solvisse, hoc ipsi neutiquam proficiat, quum aliâ hac ratione quilibet debitor se à vinculo obligationis facile liberare possit. Iterum tamen regula hæc exceptionem patitur, ut ex adnotatione debitoris præsumptio factæ solutionis resultet, si simul aliæ circumstantiæ eidem adminiculentur. De his autem circumstantiis, vide Mevium p. 4. decis. 121. per tot.

72 Sunt & aliæ præsumptiones factæ solutionis. Huc pertinent quando creditor distulit multos per annos petere creditum, v. g. si non petit vix debitore, sed de functione eo hæredes convenit, & tamen creditor est persona cauta, & diligens aliâ in exigendo, aut est pauper, aut non admodum dives. Idem dicendum, si creditor a debitore mutuum petiit, tum si solveret administravit bona debitoris, atque ita sibi solvere potuit, rationes tamen non reddidit; tum si quis per tres apothecas probet, se tribus annis proximis usuras solvisse; tunc enim nisi creditor recipiens usuras ultimas prætestando sibi consuluerit, easdem usuras ratione præteriti temporis etiam solvisse censetur; Pachin. lib. 13. Controv. 89. Pincketh. observ. 115. Mev. part. 4. decis. 345. & 355. utrobique ser. per tot. Sed consule præceteris Freyer. de Solut. cap. 13. membr. 6. per tot. qui de his omnibus fusiis agit. (Tempus petendi debitum vid. lit. A pag. 70. & D. Gom. in leg. 63. Tauri)

SOMNIUM.

SUMMARIUM.

- Somnium quid sit.
- Assignatur secundum varios genera somniorum, ad num. 4.
- Secundum tamen posteriores Theologos somnia dividuntur in divina, demoniaca, & naturalia.
- Divina somnia que sint.
- Assignatur variis finibus divinorum somniorum ex Sacra Scriptura.
- Et adducuntur multa alia divina somnia ex historiis Sanctorum.
- Demoniaca somnia que sint.
- Assignatur inventum demoniacorum somniorum.
- Naturalia somnia que sint.
- Somnia naturalia proficiuntur, vel à causa intrinseca somniantis, vel à causa illi extrinseca. Intrinseca nascuntur quedam potissimum ab anima, & dicitur causa animalis; & quedam potissimum à corpore, & vocatur causa corporalis.
- Intrinseca causa animalis que sit, & assignantur varia somnia ex ipsa procedentia.
- Bonarum hominum somnia meliora sunt, quam aliorum.
- Intrinseca causa corporalis que sit.
- Extrinseca naturalis causa somniorum que sit.
- Species imaginabiles in somniis causate produunt in somniantibus varios effectus, qui assignantur, & præsertim patent in noctambulantis, seu melius somnambulantibus.
- Traditur modus, seu regula pro discernendis somniis, an sint divina, an demoniaca, an naturalia.
- Quando constat non esse somnia naturalia, & dubitatur an sint divina, vel demoniaca, tutius est ea cavere, & contremi ut demoniaca.
- Divinorum somniorum observatio est licita, at interpretatio convenit solum illis, quibus à Deo facta est interpretatio revelatio.
- Demoniacorum somniorum observatio, ut fraudes demonis caveantur, est licita, sed ad occultorum,

vel eventuum futurorum scientiam, seu cognitionem habendam, est illicita.

22 Observatio, & interpretatio somniorum naturalium habentium in suis effectibus connexionem, seu adæquationem cum suis causis, est licita, sive causa sit intrinseca animalis, sive intrinseca corporalis.

23 Quid, si causa naturalis somniorum sit extrinseca. Peccat graviter, qui ex somniis tam procedentibus ex causis intrinsecis, quam extrinsecis, divinatur futura contingentia, aut quocumque dependent ab humana voluntatis arbitrio.

25 Unde est graviter peccaminosa omnis illa divinatio per somnia, qua ex ipsis prædicatur, seu creditur aliquid eventurum quod nullam prorsus habet connexionem cum illis.

26 Et multo gravius peccant, qui nullo somniis sibi fortuito obvenientibus firmiter credunt, sed & ipsa cum abusu rerum sacrarum ex animo procurant.

27 Non est tamen culpandus peccati saltem mortalis, qui sine ulla superstitione, & sortilegio, sed ex mera curiositate perquirat thesaurum absconditum sibi in somniis manifestatum.

28 Item non est condemnandus peccati mortalis, qui dubitans an thesaurus fuerit sibi manifestatus per dysfunctionem apparentem, an per somnium, ipsum perquirat, nulla adhibita fide somniis.

29 Nec sic est culpandus, qui nulla adhibita fide, & habita superstitione, terram fudit ad invenendum thesaurum sibi sibi à demone indicatum.

30 Similiter non peccat mortaliter observans somnia, non omnino eis credens, sed tantum propter talia somnia aliquod de se non malum operatur, ut evitet quadam mala sibi in ipsis minata.

31 Cavendum tamen semper est, ne firma præstetur similibus somniis fides, immo generaliter loquendo nulla est ipsis fides, & observatio præstanda.

SOMNIUM est phantasia in somno factum, id est, apparitio phantastica in somno facta, ex Aristotele lib. de somno & vigilia; sive visum, quod in somno appareret. Et ut ex Richelet. habet Pontas verb. Somnium in princip. Somnium est motus vis imaginandi, quæ dormientis in sensibus exprimit formam rei effectæ conformem.

Somnia ex Macrobio lib. 1. de somn. Scipion. quæ 2 sequitur Saliber l. 2. dividuntur in quinque genera, scilicet in insomnium, spiritum, somnium, vium, & oraculum; sed Artemidorus lib. 1. cap. 2. ea quinque ad duo revocavit, insomnium nempe, & somnium; sub insomnio spectrum, sub somnio comprehendit visum & oraculum, quoniam hæc illud consequuntur. Sic refert Delrius disquis. magic. tom. 2. lib. 4. cap. 3. q. 6. verb. Macrobius.

Auctor libri de spiritu, & anima (sive is sit Hugo 3 Victorinus, sive alius) cap. 25. operis quinque somniorum genera enarrat, videlicet oraculum, visionem, somnium, insomnium phantasma, Oraculum, inquit, est cum in somniis aliqua sancta, gravisque persona, vel etiam Deus eventum aliquid aperte, vel non eventurum, faciendum, vel evitandum nuntiat. Visum est, cum id, quod viderat quis eodem modo, quo apparuerat, evenit. Somnium est quid figuris tectum, quodque sine interpretatione intelligi non potest. Insomnium est, cum id, quod fatigaverat vigilantem, ingerit se dormienti, ut cibi cura, vel studium, Phantasma est, quando quis dormire cepit, & adhuc se vigilare existimat, aspiciereque videtur irruentes in se, vel passim vagantes formas, aut lætas, aut turbulentes. Sic habet Beyerlinch theatr. vitæ humane, verb. Somnium fol. 134. lit. H.

Sanctus Gregorius lib. 8. moralium cap. 13. & lib. 4. dial. cap. 48. sex genera somniorum ex totidem causis oria commemorat; aut enim, inquit, ex plenitudine, vel inanitate corporis, somnia existunt, aut ex antecedentibus diurnis curis, aut ex illusionibus demonis, aut ex cogitatione hominis simul, & illusionibus demonis, aut ex revelatione Dei, sicutque reclusissime, ut obser-